

Ann.: Die Handlung der Urkunde gehört in den August, in welchem sich der König in Würzburg und Nordhausen (8. und 15. Aug.) aufhielt. Böhm.-Ficker 159. Vergl. 155—158 und Posse, Lehre von den Privaturk. 67 Ann. 5.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Fridhericus comes de Cegenhagen
 5 et Luchardis uxor eius, Lodbewicus comes de Cegehagen, Burchardus comes de Valken-
 sten et Conegundis uxor eius, Albertus de Hakeburne et Gertrudis uxor eius, comes
 Heinricus de Webach. Quia inter mundanas varietates in multis cottidie offendimus,
 multis expiationibus indigemus, ut tandem creator noster | nobis sue propiciationis
 abundantiam multiplicatis intercessoribus largiatur. Proinde notum facimus omnibus
 10 presentibus et futuris, quod nos pro remedio [animarum nostrarum et progenitorum
 nostrorum desiderium habentes beate virgini Marię aliquem parvitas nostre impendere
 famulatum, contulimus hospitali fratrum Theutonicorum in partibus transmarinis, quod in
 honore beate virginitatis dedicatum consistit, ecclesiam in Richenbach]*) cum omnibus atti-
 nentiis eius tam cultis quam incultis et cum omni prorsus utilitate, que vel ibi provenit in
 15 presenti vel provenire potuerit in futuro. Et hanc donationem sicut rite fecimus assensu
 legitimo et communi, ita communi consilio ratam et firmam esse perpetuo cupientes
 presentis scripti patrocinio communitus. Huius rei testes sunt: Albertus Magdeburgensis
 archiepiscopus. Otto Wirezburgensis electus. Eggehardus prepositus de Goslaria.
 Hermannus lantgravius Turingie. Fridericus comes de Lininge. Gozmarus comes de
 20 Kireberch. Cono de Mincenberch. Heinricus Segewin. Hermannus frater eius. Hein-
 ricus Albus. Lodbewicus de Wangehem. Heinricus marscallus de Eucersberch. Gun-
 therus dapifer de Slatheim et alii multi. Actum est Wirezburg et Northusen coram
 gloriosissimo Romanorum rege Phylippo et multis imperii principibus anno dominice
 incarnationis M. CC. VII.

25

(SFR.)

(S.)

(SFR.)

(SFR.)

112.

*König Philipp beurkundet auf Vortrag des Erzbischofs Eberhard von Salzburg und des Grafen
 Heinrich von Lechsgemünd den zwischen weiland Erzbischof Konrad und dem genannten Grafen,
 damals genannt von Matrei, geschlossenen Vertrag, wonach dieser Graf gegen genannte Gegen-
 30 leistungen der Salzburger Kirche die Burg Matrei mit allem Zubehör und zahlreichen sowohl vom
 Vater als von der Mutter auf ihn gekommenen Erb und Eigen als freies Eigenthum übergeben hat,
 doch mit Vorbehalt lebenslänglichen Nießbrauchs. — Zeuge: Markgraf Dietrich.*

Quedlinburg, 1207 Sept. 22.

*Hdschr.: Or. Perg. K. K. Haus-, Hof- u. Staatsarchiv Wien. Das S., an rothen und weißen Schmüren, = Heffner IV. 40.
 35 Gedr.: Sitzungsber. der phil.-hist. Klasse der K. K. Akad. der Wiss. zu Wien 27, 53. Böhm.-Ficker 162.*

— — Testes autem huius rei sunt: Albertus Maideburgensis archiepiscopus.
 Cunradus Spirensis episcopus. Cunradus Haluerstadensis episcopus. Bernardus dux

111. a) Die eingeklammerte Stelle ist fast vollständig erloschen.